UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

2. De iisdem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

men vocari gloriam Chriſti, vel animæ ſuę ſalutem: inſtar ſerpentis, non ſolum facultates ſuas temporales, ſed etiam vitam, ſi opus ſit, propriam, ad tuendum diuinum honorem, ſuamq; ſalutẽ debes exponere.

MEDITATIO II

De iiſdem Apoſtolis.

CONSIDERA, ſicut Deus olim ad fran- 1.
gendam Pharaonis ſuperbiam, ei immiſit non leones, vel tigrides, ſed exiguas muſcas, Holophernis fæminã Hebræam, Madianitarum paucos milites armatos lagenis & tubis, ſic ad frangendam tyrannidem dæmonis & mundi miſiſſe ſimplices & rudes piſcatores, nempe, vt fructus eorum, id eſt, conuerſio mundi tribueretur diuinæ potentiæ, ſciretur que Euangelii propagationem, non humanum ſed diuinum opus fuiſſe. 2. vt ipſi agnoſcerent ſe non merito ſuo, ſed ex gratia ad Apoſtolicam dignitatem vocatos. 3. vt exuti curis temporalibns in prædicatione eſſent prõptiores, aliiſque ſuaderent paupertatem Euangelicam. 4. vt experientia propriæ fragilitatis & ruditatis diſcerent, aliorum infirmitatibus compati. Secũdò, nota numerum Apoſtolorum præfiguratũ multo ante

ante in duodecim fontibus deſerti helim,
lapidibus pretioſis in Rationali, panibus
propoſitionis in templo, lapidibus ex qui-
bus erectum altare, bobus ſuſtinentibus
Apoc. mare æneum, leonibus throni Salamonis,
21. 12. fundamẽtis ſanctæ ciuitatis Ieruſalem,
ex quibus cognoſci poteſt, quam nobile &
ſublime fuerit officium Apoſtolorum, eo-
rumque qui illis ſucceſſerunt.

Conſidera, quam ſingularis gratia fue-
rit, eos ex toto orbe ſeligi, vt cũ orbis Do-
2. mino familiariter conuerſarentur, vt fie-
rent noui teſtamenti miniſtri, & diuinorũ
myſteriorum diſpenſatores, vt poſt angu-
larem lapidem Chriſtum eſſent lapides
primi & fundamenta Eccleſiæ, vt ipſi con-
truerent Eccleſiã, cuius materiam omnes
Patriarchæ & Prophetæ comportarant, vt
donis gratiæ iiſdem, & omnibus regibus
ac principibus, qui fuerunt & erunt, præ-
ferrentur. Vnde & in Scriptura vocantur,
Principes ſuper totam terram regnantes,
Paſtores & Doctores, Dij fortes, amici &
Pſ. 44. fratres Chriſti, cœli, montes, agni, ſalto-
Ier. 3. ræ, lux mũdi. 2. nota, quam magna & mul-
Ioã. 15. tiplex iis collata fuerit poteſtas. 1. fuit cõ-
Ioã. 10. ſecrandi corpus & ſanguinem Domini, ac
offerendi. quam ne angeli quidem habẽt.

2. dimittendi peccata, & pertiendi regnū
cœlorū, quia facti ſunt quaſi Dij 3. paſcē-
di oues, & regendi Eccleſiam. 4. docendi
nouam legem gratiæ 5. Scripturas canoni-
cas edendi, quia Spiritus ſanctus per eo-
rum ora loquebatur. 6. miracula, quo do-
ctrinam ſuam confirmarent, patrandi.

Conſidera, fructum quē fecerint, nam 3.
primo totum orbem Euangelio comple-
runt, falſorum Deorum cultum exciderūt
oraculis eorundem ora clauſerūt, radices
peccatorum euulſerunt, igne ſpiritus ſui
ſyluam mundi accenderūt, demum quic-
quid boni hodie in Eccleſia cernitur, ab
illis profectū eſt. Ab his manauit cōſtan-
tia martyrum, iuſtitia confeſſorū puritas
virginum, zelus Doctorum, ſanctitas Sa-
cerdotum, rigor monachorum, vnde ad-
mirans hunc fructum clamat Propheta:
Nimis honorati ſunt amici tui, Deus, nimis Pſ. 131.
confortatus eſt principatus eorum. Quod ſi
tanta fecerunt dum eſſent mortales inter-
ra, quid iam facient immortales in cœlo?
2. perpende, quantum laborum præmium
eis ceſſerit in hac & altera vita. In hac qui-
dem, pax conſciētiæ, eis ante mortem re-
licta, cum Chriſtus diceret. *Pacem meam* Io. 14.
do vobis. 2. gaudium cordis, cum ait, *iterum* Io. 16.
videbo

Marc. 10. *Videbo vos & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.* Atque hoc eſt centuplũ illud promiſſum relinquentibus omnia. 3. perſecutiones, cruces, & mors glorioſa pro Chriſto tolerata. nulla enim re homo ſimilior Chriſto fit, quam qui pro eo patitur. Vnde Apoſtoli gaudebant, quod digni habiti eſſent pro nomine Ieſu contumeliam pati &

Act. 5. B. Paulus gloriabatur in ſuis tribulationi-

Matt. 19. bus. In altera vero vita primum præmium eorum fuit, quod ſeſſuri ſint ſuper ſedes 12.

Luc. 22. iudicaturi 12. tribus Iſrael imo vt ait Apoſtolus Paulus, erunt & iudices angelorum. Alterum erit quod edant & bibant in mẽſa regni Chriſti, id eſt; omnib. delitiis, quæ mente excogitari non poſſunt, circũfluent, eoq; amplius, quo ceteris erunt beatiores.

MEDITATIO III

De S. Martyribus.

1\. CONSIDERA, opere Martyrij nullũ eſſe præſtantius. 1. quia eſt nobiliſſimus caritatis actus. *Maiorem caritatem nemo ha-*

Ioã. 15. *bet*, ait Chriſtus, *quam qui ponit animam pro amicis ſuis.* 2. quia eſt actus inuictæ fortitudinis, qua contemnũtur omnia genera pœnarum, ac ipſa mors. 3. quia actus in

ſupe